

# Epreuve écrite

Examen de fin d'études secondaires 2012

Section: A, B, C, D, E, F, G

Branche: LATIN

Numéro d'ordre du candidat \_\_\_\_\_

## L'éruption du Vésuve et la mort de Pline l'Ancien

### Texte connu

[14] [...] Excitatus procedit seque Pomponiano ceterisque qui pervigilarant reddit. [15] In commune consultant, intra tecta subsistant an in aperto vagentur. Nam crebris vastisque tremoribus tecta nutabant et quasi emota sedibus suis nunc huc nunc illuc abire aut referri videbantur. [16] Sub dio rursus quamquam levium exesorumque pumicum casus metuebatur ; quod tamen periculorum collatio elegit. Et apud illum quidem ratio rationem, apud alios timorem timor vicit. Cervicalia capitibus imposita linteis constringunt ; id munimentum adversus incidentia fuit.

[17] Jam dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior densiorque ; quam tamen faces multae variaque lumina solabantur. Placuit egredi in litus et ex proximo adspicere ecquid jam mare admitteret ; quod adhuc vastum et adversum permanebat.

C. PLINIUS CAECILIUS SECUNDUS, *Epistulae*, 6, 16, 14-17 (106 mots)

## La question de la mort en rapport avec les phénomènes et les catastrophes naturels

### Texte inconnu

[6] Nullum majus solacium<sup>1</sup> est mortis quam ipsa mortalitas ; nullum autem<sup>2</sup> omnium istorum quae extrinsecus<sup>3</sup> terrent quam quod innumerabilia pericula in ipso sinu<sup>4</sup> sunt. Quid enim dementius<sup>5</sup> quam ad tonitrua<sup>6</sup> succidere<sup>7</sup> et sub terram correpare<sup>8</sup> fulminum<sup>9</sup> metu ? Quid stultius quam timere nutationem<sup>10</sup> terrae aut subitos montium lapsus<sup>11</sup> et irruptiones<sup>12</sup> maris extra<sup>13</sup> litus ejecti, cum mors ubique praesto<sup>14</sup> sit et undique occurrat nihilque sit tam exiguum<sup>15</sup> quod non<sup>16</sup> in perniciem generis humani satis valeat ?

[...] [9] Egregie Vagellius<sup>17</sup> meus in illo inclito<sup>18</sup> carmine : « Si cadendum est, inquit, e caelo cecidisse velim. » Idem <michi> licet dicere : si cadendum est, cadam orbe<sup>19</sup> concusso<sup>20</sup>, non quia fas est optare publicam cladem, sed quia ingens mortis solacium<sup>1</sup> est terram quoque videre mortalem.

L. ANNAEUS SENECA, *Naturales quaestiones*, 6, 2, 6 et 9 (114 mots)

1. *solacium*, i n. (+ gén.) – « la consolation (de qqch), ce qui affermit (contre qqch) »
2. *nullum autem* <*majus solacium est*>
3. *extrinsecus* – « du dehors, de l'extérieur »
4. *sinus*, us m. – « poitrine » ; *in sinu* – « en nous »
5. *demens, entis* – « insensé »
6. *tonitruum*, i n. – « tonnerre »
7. *succido, is, ere* – « s'affaisser »
8. *correpo, is, ere* – « se glisser, ramper »
9. *fulmen, minis* n. – « foudre »
10. *nutatio, onis* f. – « secousse »
11. *lapsus, us* m. – « glissement, chute »
12. *irruptio, onis* f. – « irruption, invasion »
13. *extra* (+ acc.) – « en dehors de »
14. *praesto* (adv.) – « présent »
15. *exiguus, a, um* – « petit, faible »
16. *quod non = ut non*
17. *Vagellius*, i m. – poète inconnu ; le nom est peut-être mal transmis
18. *inclitus, a, um* – « célèbre »
19. *orbe <terrarum>*
20. *concutio, is, ere, -cussi, -cussum* – « secouer, ébranler »

